

more (*auff seine gewöhnliche Art*, inquit Arnoldus l. c. p. 41.) ex eodem se liberavit. Sic iterum falsa retractatione Magistrati imposuit. Erfurtum redux, in familiaritatem venit Erdmuthae Iulianae, foeminae illustrissimae, quae Comiti Gleicheni nupserat. Qua occasione Io. Weberus aliquot in eundem libros evulgavit. Sed & Erfurti suos disseminavit errores, multosque seduxit. Quibus malis ut mature occurreret Senatus, e re Ecclesiae, & civitatis, esse existimavit, si Stiefelium in custodias includeret. Promisit ille emendationem, inque literis, ad civem Erfurtensem A. clō Io c XXV. d. XVI. April. datis, professus est, se omnibus suis opinionibus renunciasse, & maximopere optare, ut scripta, hucdum edita, omni, qua fieri posset, cura, supprimerentur. Arnoldus auctor est, Stiefelium, qui decimo demum ab hac liberatione anno, obiit, in sua opinione perstitisse, eamque ob causam a Magistratu observatum, liberisque custodiis habitum esse. Haec est Fanaticorum fides, & pietas.

§. XLVIII. *ERHARDVS STVER*, Coronaci in Franconia natus, A. clō Io XXXIX. d. XIX. Octobr. Neostadii ad Orilam, Anabaptismum publice revocavit. Formulam, a Theologis Wittenbergensibus conscriptam, sed latinis verbis, exhibet Seckendorffius L. III. §. LXXV. in Annot. p. 244.

§. XLIX. *M. PHILIPPVS STVMPFIVS*, Eberbacensis fuit, & literis, quae ad humanitatem pertinent, apprime deditus. Postquam vero Wittebergae Carolostadio familiariter uti cepit, non modo animo a literis alieniori factus, sed & ex errore in errorem mox prolapsus est. Audiamus ipsum Alberum, qui hunc hominem in Academia Moguntina commilitonem quondam habuit. Ita ille in libro, *wieder die verfluchte Lebre der Carolstädter* lit. S. p. ult. *Es hieß einer M. Philippus Stumpff, von Eberbach, der war erwan mein guter Gefell in der Universität zu Meintz. Der kam gen Wittenberg, und las Quintilianum, denselben seinen Menschen führet der Teuffel auch zum Carlstadt, von dem lernet er so viel, das er sagt, Ego valefecit Musis. Darnach fiel er immer von einer Schwärmerey auff die ander, biss er endlich dahin kam, das er sagt, wer weiß ob die H. Schrifft von Gott sey. Wenn man ihm aber antwortet und sagt, Christus weiset uns allenbalben in die Schrifft, da sprach er,*
wer